

LXXXXV;

[1356] Domus apud Villam Novam *Provin*  
 in Gallia Narbonensi, & Diocæ-  
 si Avenionensi, solo Rhodani *cia.*  
 traiectu ab Avenione discreta an-  
 no 1356. fundata, & dotata est à  
 Summo Pontifice Innocentio  
 VI. qui Stephanus Alberti antea  
 vocatus fuit, Patria Lemovicē-  
 sis, iuris utriusque Doctor, ac Su-  
 premus Tolosæ Iudex, postea  
 Clericus Noucodunensis, deinde  
 Claramontensis Episcopus fac-  
 tus, Presbyter Cardinalis, &  
 Episcopus Ostiensis, & Vilicer-  
 nus, tandem Summus Pontifex  
 anno 1352. proclamatus fuit.  
 Sancti Ioannis Baptistæ titulo,  
 usque ad annum 1362. fuit in-  
 signita, quo Capituli Generalis  
 decreto, nomen, Vallis Bene-  
 dictionis sortita est. Sammartha-  
 ni in Gallia Christiana. Tomo 1.  
 fol. 82. num. 61. affirmant hanc  
 fundatam domum anno 1358.  
 sed magis mihi probatur Cata-  
 lo-

logus Maioris Cartusie;

LXXXXVI;

Teuto-  
nia.

Domus Leodij, seu omnium *13574*  
 Apostolorum, fuit quodam Arx,  
 Vulgo Cornillon dicta, a Sancto  
 Huberto Bertrandi Aquitanie  
 Ducis filio, constructa, quam an-  
 no 1128. Albertus Burgundie Du-  
 cis filius, Leodiensis Episcopus,  
 Patribus Præmonstratensibus ad-  
 dixit, quibus in Urbem transla-  
 tis, in arcem iterum conversa;  
 tandem anno 1357. ad Cartusia-  
 nos devoluta ab Episcopo Leo-  
 diensi Engelberto de Marcha-  
 tum suis, tum Ioannis Brabantii  
 Scabini impensis in Cartusiam  
 elevata est. De primis Colonis  
 huius domus sic loquitur Auber-  
 tus Miræus fol. 29 Primus Con-  
 ventui huius Prior assignatus est  
 P. Bertrandus professor Cartusie  
 Parisiensis; quocum tres alij ex  
 Maiori Cartusia simul missi fue-  
 re, quorum primus vocabatur  
 Bartholomæus, professor nimirū  
 do.

74  
domus Arnhemiiensis; alter Ioan-  
nes militis; tertius Adamus N.  
uterque filius Abbatis Villæ in  
Picardia. Hæc ille. Vide P. D.  
Petrum Dorlandum in Chroni-  
co Cartusiano, lib. 6. cap. 30. fol.  
370.

### LXXXVII

1359) Domus Belli. Vifus ad sesqui *Aquia*  
leucam versus septentrionem à *tanica*.  
Castris posita, in Gallia Narbo-  
nensi & Diocesi Castrèsi, à Ray-  
mundo Saiffe, in loco de Bosac.  
Parrochiæ Beati Petri Danitzæ,  
anno 1359. constructa, sub nomi-  
ne Beatæ Mariæ de Bello-Vifus,  
anno 1567. ab inimicis Ecclesiæ  
Castrèsis Calvinistis depopu-  
lata, & omnino destructa fuit; il-  
lius nempe materiam ad mania,  
fortalitiaque Urbis suæ conden-  
da comparaverant. Eius itaque  
hospites Tolosom se receperunt.  
Vbi empto Collegio de Moysac  
anno 1602. novam domum ædi-  
ficare ceperunt. Nunc iam per se  
stat,

75  
stat, divisa à domo Tolosæ. Huic  
domui Castrensi unitæ fuit Car-  
tusius Lupateria anno 1423. ut di-  
cemus infra in 3. Catalogo. Vide  
num. 25. Sammarthanos in Gallia Chris-  
tiana. Tomo 2. fol. 478. num. 57.  
fol. 498. fol. 499. num. 6. 10. & 15.  
fol. 501. num. 28. & Tomo 3. fol.  
1141. num. 12.

### LXXXVIII

*Alema* Domum Brunæ, Sanctissimæ <sup>1363</sup>  
*nia su-* Trinitati Sacram, in Insula fluvij  
*perio-* Zuvitta prope Brunam in Mo-  
*ris.* ravia, & Diocesi Olmucensi, an-  
no 1363. constructam, sub Hussi-  
tarum tyranni de multis cladibus  
oppressam, restauravit Dominus  
Alesius Olmucensis Canonicus  
Ecclesiæ Vratilaviensis (Breslau)  
circa annum 1498. quo eius obi-  
tus denunciatur.

### LXXXIX

*Tuscia* Domus Pifarum, seu Vallis <sup>1367</sup>  
Gratiolæ de Galci, ab Vrbe ipsa  
in